γραφὴν ὑπὸ πάντων προσκυν[ηθησο]μένην | [ἀναγραφῆναι προσ]έταξαν.

In Syria loco dicto Hisn Suleimân (inter mare et Hemesam), ubi templum fuit Iovis Baetocaeceni (III 184, semel descripta saec. XVIII, sed accurate).

---

541 imp. Caes. P. Licinio Gallieno Ger|manico Pio Felici Aug. p. p., p. max., | trib. p. X, imp. X, cos. IIII desig. V[1], procos., | resp. col. Liciniae Sept. Aurel. Alex. | Thugg.[2] devota numini maiestati|que eius.

Thuggae prov. Africae (VIII 1487 cf. eph. 5, 567). — 1) *Consul quartum fuit a. 261, quintum a. 262. Pro* trib. p. X *expectaveris* trib. p. IX. — 2) *Septimiae Aureliae Alexandrianae nomen Thugga habuit a Septimio Severo et Alexandro, Liciniae a Gallieno.*

---

542 magno et | invicto | Gallieno August. | cos. VI | designato VII[1] | pag.[2]

Beneventi (IX 1559). — 1) *Consul sextum fuit a. 264, septimum a. 266.* — 2) *Videtur intellegendum esse* pag(ani).

---

543 [*imp.*] Caes. P. Licinio | [*Gal*]lieno Pio Fel. | [*inv*]icto Germ. | [*ma*]x. pont. max., | [*Pa*]rt. max.[1], trib. | [*pot.*] XIIII, cos. | [*VI*[2] *d*]esig. VII, | [*Tean*]enses devoti | [*num*]ini maiesta[*tiq.*] | eius.

Teani Sidicinorum (X 4784). — 1) *Parthicus (. . RT. lapis) maximus appellatus Gallienus alibi non reperitur; sed omnino rarissimi sunt tituli ex postremis eius annis (Mo.).* — 2) *A. 264/5 (cf. N. 542 not. 1). Tribuniciae potestatis expectaveris numerum* XIII *vel* XII.

---

544 colonia Augusta Verona nova Gallieniana, Valeriano II et Lucilio[1] coss.[2], muri Veronensium fabricati ex die III non. Apriliu[*m*], | dedicati pr. non. Dec., iubente sanctissimo Gallieno Aug. n., insistente Aur. Marcellino v. p. duc. duc.[3], curante Iul. Marcellino . .

Veronae in epistylio portae antiquae, quae hodie quoque extat intra Veronam diciturque porta de' Borsari (V 3329). — 1) *Scr.* Lucillo. — 2) *A. 265.* — 3) *Duce ducenario; hoc nomine praeditus Marcellinus fortasse extraordinarium munus sustinuit coniunctum cum Alamannorum in Italiam per hos annos invasione (Mo.)*

---

545 Genio | imp. P. [*Lic. Gall*]ieni[1] | invicti Aug. | Clementius Silvius | v. e., a(gens) v(ices) p(raesidis), et | Val(erius) Marcellinus | praef(ectus) leg(ionis), prot(ector) Aug(usti) | n(ostri), a(gens) v(ices) l(egati), municipes ex provincia | Raetia s(olverunt) l(aeti) l(ibentes) m(erito) | Paterno et | Archesilao cos.[2]

Alt-Ofen (Aquinci) rep. (III 3424 vidit Mommsen). — 1) *Nomen Gallieni erasum reperitur etiam in Africa (VIII 766 = VIII S. 12229) et in Italia (infra N. 547).* — 2) *A. 267.*

---

546 [*Io*]vi | monitori [*p*]ro | salute adque | incolumitate d. n. Gallieni Aug. | et militum | vexill. leg(ionum) | [*G*]ermanicia[*r.* | *e*]t Britannicin. | [*cu*]m auxilis [*e*]arum | . . . [*V*]italianus, | [*prot*]ect.[1] Aug. n., | [*somno monitus*]itus | p.

archive.org